

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken


**Dissertatio Theologica De Contemotoribus Coenæ
Dominicæ**

**Schelwig, Gottlieb Schelwig, Gottlieb
Gryphiswaldiæ, MDCCVI**

VD18 10149872


Farbkarte

urn:nbn:de:gbv:45:1-13693



Farbkarte #13

B.I.G.





GUBERNANTE SALVATORE!

De
Contemptoribus Cœnæ Dominicæ,
DISSERTATIO.

Præfatio.

Cum haud ita pridem L. B. ex consensu Summe Venerandi Theologorum in hac Academia Ordinis, mihi in solenni Patrum Conscriptorum Panegyri benevole collati sint, primi in Theologiae studio Honores; quos Bacalaureatus nomine insignire solemus: nolui ab hac Alma studiorum Matre, dulcissima Gryphia, ante discedere; quam pro Jure ac Privilegio, una cum hoc honoris titulo mihi concesso, publica dissertatione Theologica, in superiore *cathedra*, me *Præsidem* stitisse. Cogitanti vero mihi, & seriò sollicito, de digno, quod explicarem, argumento, piissimæ querelæ, quas ex ardentissimo quodam, pro emendandis pessimorum quorundam moribus, & puniendo impio, nonnullorum perfidia frontis hominum, Sacrosanctæ Eucharistiæ contemputu, dum in publico templi suggestu, pro concione Orationem Dominicam interpretaretur, Reverendissimus Pomeraniae Suecic & Antistes, Dn. D. MAYERUS, Moderator colloquii hu-